

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

9. Quæ fides necessaria sit neceſſitate præcepti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

non credit in eum, iudicatus est. Ioan. 3 sed refutatur.  
Recte inde ostendi non quidem necessitate in medij  
absolui, sed præcepti ijs incumbentis, quibus an-  
nunciatum est. 374.

NB. In noua lege requiritur explicita & distincta  
fides, scilicet esse hunc Dei filium, unum in natura  
cum patre & Spiritu Sancto, discretum personaliter.  
Cum iam in veteri sufficiebat Fides confusa de Chri-  
sto venturo. 372.

## C A P. XI.

*Quæ Fides, aut Rerum diuinarum cognitio neces-  
saria sit, necessitate præcepti.*

**A**ssert. I. Hominibus impositum præceptum à Deo, de actu Fidei supernaturalis. Nam incumbit ipsis lex naturalis, ad finem suum tendendi, ad quem creati sunt à Deo. Initium autem huius viæ, qua ad Deum ut finem nostrum tendimus est Fides. Heb. 11. Nam accedentem ad Deum oportet credere. Hoc autem præceptum Fidei non est in Decalogo, sed tanquam Fundamentum præsupponitur.

Assert. 2. Hominibus etiam præceptum de credendo redemptore Christo, secundum mensuram reuelationis, prototopum aut personarū varietate, facta, impositum. Cqm enim Christus caput, Dux via & medium ad vitam æternam à patre constitutus, conuenit, ut hoc caput, hunc Ducem, &c. cognoscant. 375.

NB. Iudæi obscurum Redemptorem aliquem credeban, nec opus erat hunc fore filium Dei, quia nobis clare reuelatum, nisi Adamo, Henoch, Iob, &c. patriarchis, quibus speciali gratia mysterium SS. Trinitatis & incarnationis reuelatum.

Assert. 3. In lege Euangelica adultis ratione

Q 3

vten-

uentibus necessaria est necessitate præcepti actu  
& explicita fides articulorum, saltem secundum ipsi  
rum substantiam licet conceptu imperfecto app  
hendantur: quia id exigit professio hominis Ch  
ristiani, & non Catechumeni ad Baptismum.

NB. Quod si qui sint adeo rudes, ut nullis pra  
cationibus ob penuriam institutorum ex iniuncta  
ignorantia solum credant, quicquid Ecclesia cred  
excusandi à mortali sunt & saluandi. 377.

Parochi tenentur instruere, & sub censura pos  
sunt cogi. 377.

**3** Assert. 4. In omni hominum statu, necessaria  
præcepti, credi vel cognosci ea omnia debent, q  
vel fidei exercenda, vel honeste vivendi causa ad  
ludem requiruntur. Sic olim in veteri, animè immo  
talitas, hominem egere gratia & iustitia, sub Mo  
Circumcisio: In lege nova, Missæ sacrificium, &  
ptem Sacramenta religiose colantur. Item fideles  
ligati, ut sciant Pater, Ave, Credo, &c. Præcepta  
Ecclesiæ, si non verbotenus, saltem secundum substan  
tiam.

NB. Obligationem memoriter mandandi; Pat  
Ave, Credo, Decē præcepta esse solo sub veniali. 377.

### C A P. X.

*Quo tempore præceptum fidei diuinæ obligatur?*

NB. **D**uo esse præcepta Fidei, secundum articulo  
internum. Vnum affirmatiuum, ut credamus mysteria Fidei à Deo reuelata. Alterum negati  
uum, ut non dissentiamus fidei mysterijs, nec de  
rum veritate dubitemus. 377.

**1** Assert. 1. Negatiuum non dissentendi nec dub  
tandi de articulis Fidei, postquam sufficienter pa  
x positi nobis, obligant. 2. Affirmatiuum exercet  
int.